



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Udalrico episcopo. Cap[itulum]. liij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## De sanctis in mēse iulij occurrētibus. Fo. clv.

populus in iudeam reductus est. Luncq; a populo israel et senioribus templi dei edificari cepisset: mortuo cyro rege persarum: ac regnate dario: qui memorato successerat: vicine gentes odio iudeorum instauratione templi et civitatis impeditre ceperunt. Qua ratione ductus populus iudeorum restauracione ipsius templi necesse cessam esse iuxta promissionem credebat: propter quod in secundo anno regni darii memorati. Aggeus prophetia adeo missus ad zorobabel: qui erat de tribu iuda: qui potestate regni suscepturus erat: et ad iesum summum sacerdotem filium ioseph de quo admoner: ut credant cōplecto anno numero tempus restauracionis hierusalē aduenisse. addito ne incredulitate populi velint imitari. Quia autē que in textu ipsius prophetie continentur: reuerfione populi: reparacione templi: renouatione ciuitatis: obseruantia sacerdotale: et interitū regnorum exterorum significat. prophetia autē vna cum aggeo zacharias. prophetia: de quo dicitur infra. vij. idus septembris. Sed duobus mensibus ante zacharia hic aggeus vaticiniū suū referere cofusus est. Quicquid in iudea in pace. iij. nonis. iulij. et tumulatus iacer iuxta sacerdotum monumēta in hierusalē. Hic propheta vna cum proximo precedente ex numero. iij. illorum prophetarum sunt: qui minores appellantur: qui et in sanctorum patrum catalogo ecclesiastici. iij. cap. describuntur. Hec vnde supra.

De translatione sancti martini epi. Cap. liij.



### Translatio

corporis sancti martini facta est anno iij. leonis primi vt ait sigbertus: anno videlicet. lxiij. ab obitu ipsius sancti. Cum enim perpetuus turoneus. episcopus cerneret insignia miracula: que ad sepulchrum sancti martini fiebant: ecclesiam magnam et speciosam eius nominis fabricauit: iuxta cellam: videlicet vbi viuens de gere consueuerat. Et congregato clero ac populo vniuerso cum corpore sancti ad nouā ecclesiam transferre decreuisset kalē. iulij post noctis vigiliis et lectiui celebrati mane sepulchrum nullatenus mouere potuerunt. Quod cum sequenti die et tertio iterassent loculum similiter nullo ingenio leuare valuerunt. Luncq; iam quasi desperati opus dimittere conceperunt recordati sunt: quod. iij. iulij. iij. vicis nonis. ipsius ordinacionis beati martini anniuersaria dies erat. Et quod forsitan ipsa die dñs corpus beati confessoris transferri disposuisset. Teinuo igitur orationibusque premissis ad tumulum accesserunt. Quorum illi senex venerandus apparuit: alias nunquam visus: qui eos ad opus suuare cepit. Sanctumque martinum eiusdem adesse dixit: vt corpus transferre non tardarent admonuit.

Sicq; cum summa velocitate loculum leuauerunt et in loco vbi nunc collis posuerunt. Completis quoque officiis cum senē ad mēsam regerēt nusquam comparuit. Accidit quoque: vt tunc essent duo mendicantes et multā pecuniā ex questu acquiserēt: quorum vnus cecus et alter erat contractus: cecus contractum ferebat: et contractus ceco viam ostēdebat. Audiētes autē quod ad corpus sancti martini multi sanabant infirmi: dñi corpus in translatione processionaliter portaretur: et in mentes ne corpus iuxta eorum habitacionem duceretur: et sic ipsi forsitan sanaretur. Unde recesserunt: nolētes sanitatem sequi: ne periret miseria questus sui. Dum ergo fugerent per viam vnde corpus nequaquam ducendū putabant ex improviso sancto corpori obuiant. Et quod deus multa beneficia prestat etiam iniustis: ambo contra voluntatem ipsorum continuo curati sunt: licet de hoc plurimum tristarentur. Celebriatur autem hec translatio et ipsius ordinatio ac prefate eius ecclesie dedicatio. iij. nonas iulij.

De sancto Uldarico episcopo. Cap. liij.



### Uldarico eps

augustini. nobilis romanus ex istis infantibus in monasterio sancti galii educatus est. Et cum etate adoleuisset: et habitum monasticum assumere velleret: a quadam sancta inclusa prohibitus est: que eidem asseruit sibi fuisse a domino reuelatum adhuc ipsum futurum episcopum. Commendatus est igitur ad alperonem augustini. episcopo a quo est ad sacerdotii ordinem promotus. Deinde romam veniens a martino papa benigne susceptus est. Qui eidem pontifici episcopum suum mortuum nūciant sibi diuinitus reuelatum. Luncq; ipsum papa martinus velleret in episcopum ordinare: et augustini. vbi in pastorem perficere: videlicet recusaret: summus pontifex eidem pronuntiavit: quod periculoso adhuc tempore episcopatus ipsum non posset euadere. Quod et factum est. Nam episcopus augustini. ad episcopatum hiltinensium. translato vidaricus ei a populo succedere compulsum est. Qui cum sancto corado episcopo constantie gregem dominicum verbo et exemplo operis bene pauerit. Super hunc sanctum die cene dñi crisma conficentem: et die pasche missarum solēna celebrantem visa est dextera dei qui sibi benedicebat. Quasdam die sancta aptha sibi apparuit: et vt se sequeretur admonuit: ipsumque vsque in lechfeld perduxit: vbi pervisionem sancti petri apostoli cum quodam alio sancto vidit: qui arnulphum ducem turringiorum pro suis criminibus dānabat. Et notato tempore repertum est eodem die et hora arnulphum e seculo migravisse. Ipse vir sanctus pacem inter oriponem ducem: et lodolphum eius filium tractauit.

## Ziber

**I**ustus diuinitus in natiuitate sancti iohannis baptiste bis in die celebravit. Quisam aurore vices et maior: quartum primam ex conscientia bis celebrandi omittere proposuerat. Et xi. post modum die in pace quiescit: videlicet. iiii. nonis iulij. Sepultusque est a volfgango episcopo ratisponensi. in ecclesia sancte apthre.

**De sancto Jocundiano martyre. Cap. lviij.**

**J**ocundianus martyr: in passus est. Quis pro confessione fidei xpiane in mare merisus cum palme triumpho coronam a domino percipere meruit gloriosam quarto nonas iulij: ut habet in martyologio hieronymi et adonis.

**De sancta zoe vxore nicostrati mar. Cap. lv.**

**S**trati primicerius dioeclesiani imperatoris. Rome martyrium passa est. Que cum graui infirmitate loquendi facultate per. vi. annos caruisset beatus sebastianus martyr ipam curauit: sibi loquelam restituit: necnon ipam zoen cum viro nicostrato et alijs pluribus ad xpi fidem perduxit: quos sanctus polycarpus presbyter baptizauit: ut supra actum est in passione sebastiani. iiii. kalendas februarii. Cum autem sebastianus et alij plures martyrium passi fuissent: et ipsa ad confessionem sancti petri apostoli oraret: a persecutoribus artata et in custodia durissima trusa est. Deinde a collo et a capillis in arboze quadam suspensa adhibito subter horribili fumo in confessione domini emisit spiritum. iiii. nonas iulij.

**De sancto Anselmo episcopo. Cap. lvi.**



**A**nselmus episcopus ex confinio lombardie et burgundie oritur: puerum annis ultoribus a parentibus traditus breui spatio multa sapientia pollens ante annum. xv. de salute anime cogitare cepit: et cogitatione ad effectum perduxit. Egressus ergo patriam: dum ex transensu montis nimium fatigatus esset: nec quicquam ad edendum haberet: minister eius ex insperato panem candidissimum diuinitus in sacculo repperit: ex quo vices ad satietatem comedit. Exactis autem tribus annis partim in francia partim in burgundia in normanniam deuenit: et sub magisterio lafranci prioris beconensis doctoris illustris se corulit: ac deinde in eodem monasterio habitum religiosum assumpsit. Lanfranco autem in abbate monasterij cudones.

## Sextus

assumpto: ut supra in eius hystoria dictum est. v. nonas iulij. Anselmus et in prefato prioratu successit: sanctitateque et sapientia ad modum clarescere cepit: plurima namque diuina opuscula et solennia compilauit. Cum nocte quadam miraretur: quomodo prophete per spiritum multa futura predixerant: et oraret: ut hoc sibi deus aperiret: per parietes et muros interpositos vidit fratres ad matutinus exurgentes: et eorum officia exequentes. Et intellexit: quod similiter deus potuerat sanctis prophetis abscondita reuelasse. Cum quadam vice frater senior in extremis laboraret: et se a duobus lupis vocari vocibus horribilibus inlamarer. Anselmus pro fratre orauit: et postmodum ad ipsum intravit: qui moribus effugatos asseruit: si anima ex ore sancti in modum lancee procedente: quam frater ille se videre perhibuit. Absolutusque ab anselmo hora. ix. ut sanctus presterat: exspirauit. Alias etiam dum in oratione peristeret: visus est ab alio fratre luce maxima circumfusus. Postmodum autem ad archiepiscopatum canuariensi. ecclesie electus est: qui dei populo exemplis honestissimis: doctrinis clarissimis presuit. Ipse enim festum conceptionis anime dei genitricis sibi a domino reuelatum miraculose colendum didicit: ipse et primus celebravit: et celebrandum in eius ecclesia constituit: ut superius dictum est in conceptione sancte marie. vi. idus decembris. Cum autem quodam tempore in villa quadam cum socijs hospitatus esset: et hospes nihil aliud preter panem et caseum eis apponendum haberet: iubente episcopo: quauis dudum recusasset: hospes ad flumen accessit: et misso rheute trutam maximam continuo cepit: ex qua omnes plene refecti sunt. Alio etiam tempore alteri eius hospiti conquerenti: quod pisces ei apponendos non haberet: ipse predixit: quod confortaretur: quia post mortem sibi magnus sturto miseretur. Quod et post horam modicam factum est. Sicque clarus et virtutibus quiescit in pace. iiii. nonis iulij. Sepultusque iacet in sua ecclesia canuariensi. Hic composuit librum prologion. i. alio loquium de deo. Item monologion: id est soliloquium de sancta trinitate. Item de veritate libri vni. De concordia liberi arbitrij: et prescientie diuine: atque predestinationis et gratie libri vni. De deo homo libri vni. De sacramento altaris librum vnum. De casu diaboli librum vnum. De peccato originali librum vnum. De incarnatione verbi librum vnum. De azima libri vni. Meditationum vel orationum librum vnum: Parabolarum sine proverbiorum librum vnum. De grammatica librum vnum. Super canticis canticorum librum vnum. Epistolarum ad diversos librum vnum. De conceptu virginis et originali peccato librum vnum. Claruit tempore henrici imperatoris tertij.

**De sancto Anselmo confessore. Cap. lvij.**